

er quo loco tunc. q. nō p. s. u. c. n. d.
n. c. o. n. e. r. f. f. i. n. d. e. d. i. s. p. e. l. l. t. u. n.
a. d. o. d. n. i. c. r. b. n. f. r. i. n. . s. i. a. b. c. p. o. t. o.
n. o. n. o. n. o. n. o. n. o. n. o. n. o. n. o. n. o. n. o. n. o. n.
e. t. i. n. d. i. s. p. e. l. l. a. o. . p. o. i. p. r. i. o. n. i. l.
c. o. o. n. s. i. n. o. n. a. d. i. g. r. a. n. t. a. t. e. n. u. r. v.
r. e. c. t. o. r. a. n. o. n. t. u. s. p. d. i. c. t. e. c. t. e. r. e. c. t.
l. u. e. u. n. t. . c. c. . d. e. p. l. o. n. i. . c. a. l. t. o. **C**
b. o. q. s. a. p. t. u. n. e. c. t. i. s. p. e. l. l. a. o. n.
d. e. i. p. u. i. s. n. i. m. a. n. t. o. p. a. d. o. n. i. c. d. i. c.
t. t. i. c. p. i. t. t. u. p. r. i. n. o. n. . t. u. n. q. a. v. i. t. i. o.
u. n. g. r. u. s. s. n. e. s. u. n. t. u. n. e. p. r. o. n. d. e. t. . c. i.
c. i. n. d. i. l. l. e. t. u. n. t. n. a. l. v. c. l. a. u. s. s. n. a. n. t. i. t.
u. t. p. o. n. c. e. **I**t. e. n. p. o. n. c. e. q. n. u. l.
n. i. n. a. t. . p. o. a. d. a. c. t. u. s. e. c. t. i. n. i. c. t. r.
u. n. i. d. p. l. i. c. t. i. c. t. i. g. t. t. u. n. i. t. r. t. q. a. d.
v. i. r. q. u. n. o. n. v. i. c. t. i. n. p. u. n. d. i. g. e. t.
t. u. n. i. c. t. i. n. p. u. n. d. i. g. e. t. . t. t. i. l. c. p. o. n. t. i. f. e. x.
a. c. t. u. s. p. i. p. i. c. t. i. n. s. c. l. a. n. b. i. . d. x. n. i.
q. u. n. i. n. t. e. l. l. i. g. g. i. t. . i. c. g. t. u. n. i. t. n. i. d.
i. n. d. r. a. n. i. . c. a. n. i.
c. a. n. i.
c. a. n. i.
Ec. t. a. l. e. g. t. e. n. i. ? . n.
v. a. c. t. a. c. t. u. s. e. c. t. i. c. t. i. n. t. e. c. t. u. s. .
i. n. t. e. n. i. c. t. . c. t. . q. u. n. t. u. l. . s. u. n. t. l. e. g. y.
o. u. n. i. a. p. l. a. n. i. n. i. d. i. t. a. c. t. . q. u. n. o.
t. e. c. t. e. . c. . d. e. u. n. d. e. . q. u. n. i. c. t. e. . c. . d. e.
m. u. p. . t. d. o. t. t. e. . p. i. d. u. i. o. t. . r. e. s. t. i. . c. c. p. d.
t. u. n. . l. i. v. i. n. . t. f. e. r. e. c. u. i. t. d. o. c. t. r. e. l. .
c. o. r. i. l. e. g. t. t. u. n. t. . q. u. o. a. d. c. i. l. t. e. c. h.
a. d. a. c. t. u. s. . a. g. i. t. t. u. m. o. s. u. l. . s. i. t. i. e. . u.
a. s. s. e. n. c. i. o. . a. n. s. i. n. n. i. a. . n. o. . q. u. n. e. n.
t. r. a. n. i. n. o. c. c. e. r. v. o. n.
f. i. n. i. c. c. u. s. c. a. t. . n. i. n. n. i. a. p. e. r. t. i. . d. i. n.
n. a. c. t. a. . n. i. q. u. l. . q. u. p. u. l. . q. u. n. e. d. .
p. r. e. c. a. n. t. . n. t. t. u. n. i. u. n. i. c. . **I**l. c.

ut ger.

234.

vog 2 4

Rubr. XI.

Nro. 24

Gymnasial - Bibliothek

zu Cöthen.

146.

Contenta Sijg Libri

1. Erasmi Antibarbarorum Liber uero
Dulce bellum inexpertis
2. — — puerela paci undique hunc iū eje.
Eta ex profligata.
3. — — Parabola sive Similia.
4. — — Iulij P. M. Dialogus.

Impr. E. L.

U. G. n. 1782. 1. Aufl. 1782.

1100 1101 1102 1103 1104 1105 1106 1107 1108 1109 1110 1111 1112 1113 1114 1115 1116 1117 1118 1119 1120 1121 1122 1123 1124

q. c
imp
imp
mici
p. h
y
fc
nat
i. u
i. q
i. co
mio
et n
capri
donc
h. itt
Nigri
109:2
Tada
p. p.
ter
? dia
+ p
mido
er fr
reni
labu
? di
apte
dicut
nolu
atq
pas
a po
; noc
miti
mali
mig
ca

Σ.



ELEGANS

CVM PRIMIS, ET MVLTO

rum literis ælebratum

Adagium,

DVLCE BELLVM IN-

EXPERTIS. DES.

ERAS. ROT.

AVTORE.



MOGVNTIAE ANNO

M. D. XXI.



DVLCE BEL

LVM INEXPERTIS. PER DESY.
DERIVM ERASMVM RO=

TERODAMVM.



T ELEGANS cūprimis, et
multorum literis celebratum ad-
agium est, $\Gamma\lambda\kappa\kappa\delta\alpha\pi\epsilon\iota\epsilon\omega$
 $\pi\delta\lambda\epsilon\mu\omega$, id est. Dulce bellum
inexperto. Sunt quædā in rebus
mortaliū, quæ quantum habeat
discriminis ac malorum, non in=
telligas, nisi facto periculo. Dulcis in expertis cultura po-
tentis amici. Expertus metuit. Bella res et splendida ui-
detur, inter aulicos obambulare proceres, in regijs uerfa-
ri negocijs, at senes, quibus usū penitus cognitares est, ab
ea felicitate libenter abstinent. Suaue uidetur, amare puel-
las sed ijs qui nondū senserūt, quantū amoris insit amari.
Ad eundem item modum accommodari poterit, ad quod=
uis negotiū multo cum periculo, multisq; coniunctum
malis, quod nemo uelit capessere, nisi iuuenis, et rerum
imperitus. Siquidem Aristoteles in Rheticis hanc ad-
fert causam, cur iuuenta sit audacior, contra senecta timi-
dior, quod illis imperitia rerum confidentiam pariat, his
multorum experientia malorum, timiditatem et contatio-
nem. Quod si quicq; est in rebus mortaliū, quod contan-

A ij ter aggredi

4

DVLCE BELLVM

ter aggredi conueniat, immo quod oportet at modis omnibus fugere, deprecari, propellere, certe bellum est, quo non aliares uel magis impia, uel calamitosior, uel latus perniciosa, uel haerens tenacius, uel tetricior, et in totum hominem indignior, ut ne dicam Christiano. At dictu mīrum quam hodie passim, quam temere, quam quauis de causa, suscipitur, quam immaniter ac Barbariae geritur, non tantum ab ethnicis, uerū etiam à Christianis, nec propheticis modo, uerum etiam à sacerdotibus et Episcopis, nec solum à iuuenibus et imperitis, uerum etiam à senibus, et toties expertis, nec à plæbeis tantum et uulgo natura mobili, sed potissimum à principibus, quorum officium erat temerarios stultæ multitudinis motus, sapientia, rationeque componere. Neque desunt Iureconsulti ac Theologi, qui ad ista tam nefaria, facies admouent, et frigidam (quod autem) suffundunt. Quibus rebus fit, ut nunc bellum, adeo recepta res fit, ut demirentur homines, esse cui non placet. Adeo probata, ut impium ac pene dixerim haereticum sit improbasse rem unam omnium, ut sceleratissimam, ita miserrimam quoque. At quanto iustius erat illud demirari quis malus genius, quæ pestis, quæ intemperie, quæ furia, primum in hominis mentem immiserit, rem usque adeo bellum, ut placidum illud animal, quod natura pacem bene uolentiaque genuit, quod unum omnium saluti prodidit, tam ferina uesania, tam insanis tumultibus in mutuam rueret perniciem. Id quod magis etiam admirabitur, quisquis animus

INEXPERTIS. ERAS. AVT.

animum à uulgo receptis opinionibus, ad ipsam rerum
uim & naturam perspicaciam conuerterit, ac seorsim
hinc hominis imaginem, hinc belli simulachrum uere phi-
losophicis oculis aliquantisper contempletur. Primum igitur
si quis habitum modo figuramque corporis humani
consyderet, an non protinus intellecturus est, naturam
uel potius deum, animal hoc non bello, sed amicitiae, non
exitio, sed saluti, non iniuriæ, sed beneficentiae genuisse?
Nam cæterorum animantium suis unumquodque instru-
xit armis. Taurorum impetus armavit cornibus, Leonū
rabiem unguibus, Apris fulmineos affixit dentes. Ele-
phantos præter cutem & molem, promuside quoq; tutus
est, Crocodilum autis uelut laminis communiuit, Del-
phinis teli uice pinnas addidit, Histriæ spinis, Raiam a-
culeis defendit, Gallis calcar addidit. Alia testis, alia Co-
rio, alia Cortiae, communiuit. Sunt quicrum incolumentati,
pernicitate prospexit, ueluti Columbis. Sunt rursum, qui
bus uenenum teli uice tribuit. Addidit his spædem taram
ac beluinam, addidit oculos truæs, uocis stridorem. Inse-
uit natuua quædam dissidia. Solum hominem nudum pro-
duxit, imbecillem, tenerum, inermem, mollissima carne,
cute leui. Nihil usquam in membris, quod ad pugnam, aut
uiolentiam datum uideri possit, ut ne dicam interim, quod
cætera fere, statim, ut nata sunt, sibi sufficiunt ad uitam
tuendam, solus homo sic prodit, ut multo tempore totus à
subsidio pendeat alicno. Nec fari nouit, nec ingredi, nec

A iij cibum

6

DVLCE BELLVM

ibum capere, uagitu tantum implorat opem, ut uel hinc
conijci possit, solum hoc animal totum amicitiae nasci, quæ
mutuis officijs & cōvit, & cohæret potissimum. Proinde
natura uoluit hominem uitæ munus, non tam sibi, quam
benevolentiæ acceptum ferre, quo uidelicet intelligeret se-
se gratijs esse dicatū ac neæssitudini. Tum spēdē dedit nō
tēram & horridam uti cæteris, sed mitem ac plāidam,
amoris ac benevolentiæ notas præ se ferentem. Tribuit oculos
amicos, & in his animi signa. Dedit brachiorum si-
nus ad complexum. Dedit osculi sensum, quo œu copula-
rentur, & se se contingent animi. Vni risum attribuit,
alacritatis indicium. Vni lachrymas, clementiæ & misé-
ricordiæ symbolum. Quin & uocem dedit, non minacem
& horrendam, sicut beluis, sed amicam & blandam.
Nec his contenta natura, sermonis & rationis usum uni-
tribuit, quæ quidem res ad parandam & alendam be-
nevolentiam imprimis ualet, ne quid omnino per uim in-
ter homines gereretur. Inseuit odium solitudinis, amore
sodalitatis. Indidit penitus benevolentiæ semina. Fecit ut
quod est saluberrimum, idem sit & suauissimum. Quid
enim amico iucundius? At rursum, quid æque neæssari-
um? Proinde si maxime licet absque mutuo commertio
commodè uitam agere, nihil tamen iucundum uideri possit
absque socio, nisi si quis prorsus hominem exuerit, & in-
beluum degenerarit. Addidit insuper liberalium discipli-
narum studium, & cognitionis ardorem, quæres ut pe-
tissimum

INEXPERTIS. ERAS. AVT. 7

tissimum abducat hominis ingenium ab omni feritate, ita
ad conciliandas necessitudines præcipuum habet. Siquidem nec affinitas, nec sanguinis propinquitas arctioribus, aut firmioribus amictiæ vinculis astringit animos,
quam societas honestorum studiorum. Super hæc, admirabili quadam uarietate, dotes tum animorum, tum corporum inter mortales partita est, nimurum ut singuli in singulis inuenirent, quod uel amarent ac suspiarent ob excellentiam, uel ob usum & necessitatem ambirent & amplecterentur. Denuo, indidit diuinæ mentis sanctillulam,
ut nullo etiam ostendo præmio, tamen per se iuuet benemereri de omnibus. Id enim deo maxime proprium ac naturale, suo beneficio consulere uniuersis. Alioqui quid illud est, quod haud uulgarem animo sentimus uoluptatem, ubi quem per nos seruatum intelligimus? Proinde deus in hoc mundo uelut simulachrum quoddam sui constituit hominem, ut æu terrenum quoddam numen, saluti prospiceret omnium. Sentunt hoc ipsa etiam bruta, cum uideamus non mitia solum, uerum etiam Pardos & Leones, & his immittiores beluas, in magnis periculis ad hominis opem configere. Hoc extrellum omnibus asylum, hæc ara est uniuersis. Hominis effigiem ut cunque depinximus. Nunc belli simulachrum ex aduerso cum hac, si uidetur, componamus. Iam igitur uidere te puta, barbaras cohortes, ipso uultu sonoque uocis horrendas, hinc atque hinc instructas ferratas ades, for-

A iiiij midabilem

midabilem armorum crepitum , simul & fulgorem ,
inamabilem tantæ multitudinis fremitum , oculos mina-
cæs , rauca cornua , terrificum Taratantaræ cantum ,
bombardarum tonitrua , non minus formidolosa ueris ,
sed magis noxia , clamorem insanum , concursum furi-
osum , immanem laniationem , cadentium & occidenti-
um crudeles uicæs , congestas strages , undantes cruento
campos , fluuios humano tinctos sanguine . Fit interea non-
nunquam , ut frater inadat in fratrem , affinis in affinem ,
amicus in amicum , & communi furore iam debachante ,
in eius uisera stringit ferrum , à quo ne uerbo quidem un-
quām fuerit læsus . Denuque tantum malorum habet illa
Tragoëdia , ut à commemoratione quoque pectus huma-
num abhorreat . Vt interim nō referam illa uulgaria præ
his , leuiaq; , protraitas passim segites , exustas uillas , incen-
sos pagos , abacta pecora , constuprata virgines , tractos
in captiuitatem senes , dircta phana , latroanijs , præda-
tionibus , uiolentia , plena omnia . Vtq; taceam illa , quæ fe-
liçissimum etiam ac iustissimum bellum consequi solent , Ex
pilatam plæbem , oneratos proæres , tot senes orbos , &
simul in cæde liberoruū occisos , tot anus destitutas , & cru-
delius q̄ ferro pemptas , tot matronas uiduas , tot liberos
orphanos , tot domos funestas , tot opulentos ad inopiam
redactos . Nam de morū pniæ quid attinet loqui , cum ne-
monesciat uniuersam uitæ pestem , semel è bello profiçia ?
Hinc pietatis contemptus , hinc legum neglectus , hinc
ad quidvis

INEXPERTIS. ERAS. AVT.

ad quiduis audendum sceleris proptus animus. Hoc forte nobis tam ingens latronum, raptorum, sacrilegorum, paucorum turba scatet. Et quod est omnium grauissimum, haec tam exitialis pestilentia, nescit se suis continere spacijs. Sed in uno quopiā angulo nata, non solum finitimas regiones ueluti contagio peruidit, uerum etiam procul semotas, uel mercede uel per affinitatis, aut foederis occasione in communem tumultum, ac rerū tempestatem pertrahit. Quin etiam bellum è bello seritur, è simulato uerum, è pusillo maximū exoritur, neq; raro solet in his accidere, quod de Lernaeo monstro fabulis proditum est. Hisce de causis opinor, ueteres illi poëtæ, qui rerum uim ac naturam, & sagacissime perspicerunt, & aptissimis figuris adumbrarunt, tradidere bellum ab inferis immitti, idq; furiarum ministerio, neq; quamlibet furiam ad hoc negotijs conficiendum, esse idoneam. Deligitur omnium pestilentissima, cui nomina mille, mille noændi artes. Hæc innūcris armata colubris, tartara buina præcauit. Pan insano tumultu cōplet uniuersa. Bellona furiosum quatit flagellum. Furor impius, ruptis omnibus uincitorum nodis, euolat horridus ore cruento. Neq; non uidetur hæc grāmatiæ, quorum alij bellum nact' & vtrī φεστiv dictum uolunt, quod nihil habeat neq; bonū, neq; bellum, nec alia ratione bellum esse bellum, quāfuri as Eumenides. Alij malunt à belua deductum, quod beluarum sit, non hominum in mutuum exitum congregidi.

A V

At mibi

At mihi sane plusquā ferinum, plusquā belunum esse ut detur, armis configere. Primū enim pleraq; brutorum animantium in suo quodq; genere, concorditer & cūlīter degunt, gregatim incedunt, ope mutua sese tacentur. Ne feræ quidem omnes dimicant. Sūt enim & innoxiae, sicut Damæ & Lepores, sed omnium effera tissimæ, ueluti Leones, Lupi, Tigrides. Quanquā nec hæ belligantur inter se, quemadmodum nos. Canis caninam nō est. Leonum inter se feritas non dimicat. Draconi cum Dracōne pax est, inter uenena conuenit. Athomini nulla fera perniciosior, quā homo. Rursum illæ cum pugnant, suis pugnant armis, nos præter naturam arte cācodæmonum exagitatis, instruimur homines in hominum pernidē. Nec illæ quibuslibet de caussis se uiunt, uerum ubi uelfames stimulat in rabiem, uel se peti sentunt, uel fœtui suotiment. Nos, deum immortalem, quām friuolis de caussis, quas bellorum tragœdias excitamus? Ob inanissimos titulos, ob puerilem iram, ob mulierculam, ob causfas, his quoq; multo magis ridiculas. Ad hæc inter feras uni cum una bellum est, idq; perbreue. Et ut cruentissima pugna sit, una aut altera uulnerata discedit. Quando auditum est, id quod passim faciunt homines, centum milia beluarum mutuo laniatu conadisse? Adde, quod ut feris quibusdam naturalē dissidium est cum alijs diuersi generis, ita rursum habent, cum quibus genuina firmaq; cohaerent amicitia. At homini cum homine, et cūlibet, cum quoli-

INEXPERTIS. ERAS. AVT. II

quolibet, iugis pugna est, nec ullum satis firmum fœdus
inter ullos mortaliū. Adeo quicquid à sua degenerauit
natura, in peiorē degenerat spēcēm, quā si natura ma-
litiam ingenuisset. Vis fare quā ferina, quām fœda quā
non digna homine res sit bellum? Spectasti ne aliquan-
do leonem cum urso commissum? Qui rictus, qui rugitus,
qui fremitus, quæ immanitas, quæ laniatio? Inhorrescat,
qui spēctat etiam in tuto. At quanto fœdius spēctaculum,
quanto immaniū, uidere hominem cum homine tot ar-
mis, tot telis instructum configere? Quæso te quis ho-
mines crederet, nisi consuetudo mali sustulisset admirā-
tionem? Ardent oculi, pallent ora, furorem præfert in-
cessus, frendet uox, clamor insanus, totus ferreus est,
crepant arma, fulminant bombardæ. Mitius erat, si ci-
bi caussa homo hominem deuoraret, si sanguinem hauri-
ret, quanquā hūc quoq; uentū est à quibusdam, ut id odij
gratia faciant. At nunc idē fit crudelius telis ueneno tin-
etis, tartareis machinis. Nullum usquam hominis uesti-
gum. An credas hic ipsam naturam agnituram, quod
condidit? Et si quis admoneat, an non merito huusno-
di uerbis sit admiratura? Quod nouum spēctaculum ego
uideo? Quis tartarus hoc nobis portentū edidit? Sunt qui
me nouerām appellant, quod in tam immensa rerū sum-
ma, uenena quædam genuerim, quanquam & hæc in ho-
minis commodum cæssura. Quod aliquot animantia pæ-
rum mitia finixerim, etiam si nulla fera tam immitis est,
quin arte

quin arte & officijs possit curari. Hominis cura māscusciant leones, mitescunt Dracones, seruiunt Vrsi. Quæ tādem est ista plusquam nouera, quæ nouam hanc beluam, totius mundi pestem nobis dedit? Vnum animal totum genui benevolentiae placidum, amicum, salutare. Quid accidit, ut in huiusmodi feram degenerarit? Nihil agnosco hominis illius, quem finxi. Quis malus genius uitauit opus meum? Quæ sagamentum humanum excauit, et incātauit belunam? Quæ Ciræ natuam uertit formam? Iuberem ut ad speculum sese contemplaretur infelix, sed quid cernant oculi, cum mens absit? Tamen aspice te ipsum si potes furiose bellator, si quo pacto contingat recipiſcere. Vnde tibi minax crista uertias? Vnde fulgens galea, unde ferrca cornua, unde pīnati cubiti? unde squamae, unde dentes ærei, unde laminæ? unde tela loetifera? unde uox plusquam ferina? unde uultus iste plusquam beluinus? unde tonitru & fulmen, ipso Iouis fulmine, tum formidabilius tum nocentius? Ego te diuinū quoddā animal finxi, quid uenit in mentem, ut te ipsum in tam immanem beluam transformares, ut nulla iam belua, futura sit belua, si cum homine componatur? Hæc atq; id genus alia permulta diceret opinor, architectrix illa rerum natura. Proinde cum sic conditus sit homo, quem admodum ostensum est, cum huiusmodi res sit bellum, quemadmodum nimium crebro sentimus, haud medicriter admirandum uidetur, quis deus, qui morbus, aut qui casus,

qui casus, primum in humanum pectus immiserit, ut loetale ferrum in hominis stringeret uisera? Multis gradibus ad tam insignem uesaniam uenitum sit oportet. Nemmo siquidem repente fuit turpissimus, ut inquit poëta Satyricus. Semperq; malorum maxima, sub umbra ac speie bonis subrepserunt in uitam hominum. Olim igitur cum rudes illi prisæque mortales, nudi. sine mœnibus, absque tecto, uitam in syluis agerent, euenit aliquoties, ut à feris ac beluis offenderentur. Cum his igitur primū homini bellum suscepturn est, et uir fortis habebatur, ac dux, qui ferarum uim ab hominum genere depulisset. Quin et æquissimū uidebatur iugulare iugulantes, trucidare trucidantes, præsertim cum nulla lacessitæ iniuria ultronos impeterent. Eares cum summæ laudi ducentur, hinc enim deus factus est Hercules, Cœpit animosa iuuentus, passim uenari beluas, exuuum œu trophyum ostentare. Deinde non contenti iugulasse, pellibus illarum se se munierunt aduersus rigorem hyemis. Hæc erant prima homicidia, hæc spolia. Post hæc lōgius progressi, rem ausi sunt, quam Pythagoras uehementer impiam arbitratus est, et nobis poterat prodigiosa uideri, nisi uetaret consuetudo, quæ tantam ubique uim habet, ut apud nationes quasdam piu[m] fuerit habitum, parentem grandæuum, plagis obrutum in fossam depellere, et eripere uitam illi, per quem uitæ inuicis contigerat. Sanctum haberetur carnibus affinum amicorum uesd.

Pulchrum

Pulchrum existimaretur, uirginē in Veneris phano p̄-
stare populo, multaq; ijs absurdiora, quæ si quis nunc
referat tantum, nem non sit abominaturus. Adeo nihil
est tam scelerosum, nihil tam atrox, qd' et nō protetur,
si id commendet assuetudo. Ergo quod ausi sunt facinus?
Non ueriti sunt uesā ferarum extinctarū cadaueribus,
dentibus laniare carnem exanimem, haurire sanguinē,
exugere saniem, & uiscera, ut ait Ouidius, in uiscera con-
dere. Id facinus, tametsi mitioribus ingenijis tum immane
uideretur, tamen cōmendauit usus & commoditas. Pro-
cessum est longius. An noxijs feris itum est ad peccades in-
noxias. Seuitum est passim in oves, animal sine fraude
doloq;, sœ uitum in leporem, non ob aliud crimen, nisi
quot esculentus esset. Nec temperatum est à boue domesti-
co, qui suo sudore diu familiam aluerat ingratam. Nulli
uolucrum nulli pisäum generi paratum est, & eo pro-
cessit gulæ tyrannis, ut nullum animal usquam tutum es-
set ab hominis crudelitate. Verum hoc quoq; persuasit
confuetudo, ut sœ uitia non uideretur in ullum animantis
genus, modo ab hominis cæde temperaretur. Sed in no-
bis fortasse situm est, uitia quemadmodum mare non ad-
mittere, uerum ut amissi limitem præscribamus, id non
est cuiquā in manu. Semel receptū utrūvis, haud nostro
ducitur arbitrio, sed suo fertur impetu. Posteaquam his
rudimentis essent ad cædem exeratati, persuasit ira, ut
homo hominem, fuisse saxoue, aut pugno peteret. Siquidē
ijs ad

INEXPERTIS. ERAS. AVT. 15

ijs adhuc armis tum pugnabatur opinor, et iam occiden-
dis peccatis didicērāt, hominem quoque minimo nego-
cio posse perimi. Verum ista crudelitas diu constitit intra
monomachias. Ad hæc nonnullam etiam æqui spadem ha-
bebat sustulisse inimicum, laudi quoq; cœptum est dari,
si quis violentum et pestilentem hominem, cuiusmodi fe-
runt fuisse Cacum et Busyridem confesset, orbemq; mō-
stris istiusmodi liberasset. Siquidem uidemus hos etiam
titulos in Herculis extare laudibus. Deinde cōcursum est
a pluribus, ut quosque uel affinitas, uel vicinia, uel neæf-
fitudo coniunxerat. Et quod nunc latrocinium est, tum
bellum erat. Saxis et sudibus præustis, etiamnum res
gerebatur. Rivulus occurrens, aut rupes, aut simile
quippiam obuium prælia dirimebat. Interca dum crescat
usu feritas, dum glisant iræ, dum magis ardescat ambi-
tio, furorem suum armant ingenio. Ex cogitantur arma
qualiacunq;, quibus se communirent, ex cogitantur tela,
quibus hostem perderent. Iam passim, iam frequiore
manu, iam armati conflictari cœperunt. Nec huic mani-
festo furori, suus defuit honos. Bellum appellariūt, et vir-
tutem esse uoluerunt, si quis sui capitis periculo uim hosti-
um, a liberis, ab uxore a pecore, a domesticis latebris ap-
pelleret. Atq; ita paulatim una cum rerum cultu crescēte
malitia, bellū induerc cœpit, ciuitas ciuitati, regio regioni,
regnum regno. Quanquā in re per se crudelissima ta-
men remanebant adhuc humanitatis pristinæ uestigia.

Repeteban-

Repetebantur rcs per fecialem, citabantur testes superi,
uelitatione præludebatur ad pugnā. Telis vulgaribus,
et uirtute, non dolo res agebatur. Nefas erat strire ho=
stem, nisi signo dato, non licet pugnare, ubi receptui
œanisset imperator. Deniq; uirtutis et gloriae certamē
erat, magis quam occidendi cupiditas. Ne cùm arma mo=
uebantur, nisi in exteris, quos ob id hostes, ueluti hospit
es appellabāt. Hinc nata sunt imperia, quorum nullum
unquam fuit in ulla natione, quod non fuerit multo gene
ris humani sanguine paratum. Deinceps assidue bellorū
uicēs, dum uicissim alius alium ab imperio depellit, et si
bi uindicat. Post hæc cum imperia quoque ad sceleratissi=
mos mortales deuenissent, iam in quoelibet, pro libidi=ne
mota sunt arma, neq; male meriti, sed bene fortunati,
cœperūt maxime belli periculis esse obnoxij, etiam præ
lij scopus, non laus est, sed sordidum lucrum, aut hoc e=tiā
sceleratus aliquid. Non dubito quin hæc prospexe=rit
sapientissimus ille Pythagoras, cum philosophico cō=
mento multitudinem hominum imperitam à laniandis pe=
audib; deterret. Videbat futurum, ut qui nulla lacis=
fatu inuria, pecudis innoxiae sanguinem fundere con=
sueisset, idem commotus ira, et iniuria prouocatus,
non metueret hominem interimere. Porro bellum quid a=
liud est, quā multorum commune homiādium: et latro
cium, hoc sceleratus, quo latius patens? Sed ridentur
hæc œu deliramenta scholasticorū, à crassis proœribus
nostris temporis.

nostri temporis. Et tamen ab his initijs, huc uidemus esse
peruentum insaniæ, ut tota uita nihil aliud agatur. Bellige-
ramur assidue, gens cum gente colliditur, regnum cum
regno, ciuitas cum ciuitate, prinæps cum principe, popu-
lus cum populo, & quod ethnici quoq; fatentur impium,
affinis cum affini, cognatus cum cognato, frater cum fra-
tre, filius cum patre. Deniq; quod ego sane puto ijs omni-
bus atrocius Christianus cum homine, addā inuitus quod
est atrociissimum, Christianus cum Christiano. Et o cœita-
tem mentis humanæ hæc nemo miratur, nemo detestatur.
Sunt qui applaudat, qui uehant laudibus, qui rem plusq;
tartaram sanctam appellerent. Bellatur à decrepitis, bel-
latur à sacerdotibus, bellatur à monachis, & cum retam
diabolica CHRISTVM misceamus. Concurrunt ad eis
utrinq; crucis insigne præferentes, quæ uel ipsa poterat
admonere, quo pacto conueniat uincere Christianos. A sa-
cro illo cœlesti, quo perfecta illa & ineffabilis Christia-
norum coniunctio representatur, curritur ad mutuam cœ-
dem, & reitam impiæ CHRISTVM facimus & spe-
Etatorem & autorem. Vbi nam diaboli regnum est, si in
bello non est? Cur huc pertrahimus CHRISTVM,
ui catus cum quouis lupanari conueniat, quam cum bello
indignatur Paulus apostolus, ullam esse controuerfiam
inter Christianos, ut iudex sit adeūdus, qui litem dirimat.
Quid si conspiaret nos toto orbe belligerantes, & quam
libet leui de causa, immanius quam ulli bellarint ethnici,

B crudelius

crudelius quānulli barbari: idque fieri autoribus, hora-
tatoribus adiutoribus his, qui pacificum illum, et omnia
conglutinantem pontificem repræsentant, quique pāis o-
mine salutant populum. Neq; me clam est, quid iamdu-
dum mihi reclament Cares isti. Bellum suscipimus inuiti,
aliorū coacti malefactis. Ius nostrū persequimur. Quic-
quid malorum habet bellum, illis feratur acceptum, qui
belli dedere causas. Sed quiescant interim paulisper, et
horum causationes suo loco refellemus ac fucum hunc, quo
morbū nostrū præteximus, detrahemus. Iam sicut ho-
minem cum bello, hoc est animal placidissimum, cum re-
longe immanissima componimus, quo magis perspicua fie-
ret atrocitas, sic bellum cum pax, rem miserrimam, pa-
riter et sceleratissimam, cum re felicissima, simul et opti-
ma comparemus, atq; ita demum apparet, quantæ de-
metia sit, tāto tumultu, tantis laboribus, tanto sumptu, tan-
to discrimine, tot calamitatibus affectari bellum, cum mul-
to minoris emi possit concordia. Prināpio quid in rerum
natura dulāus, aut melius amicitia? Nihil pfecto. Atqui
quid aliud est pax, quā multorū inter se amicitia? Sicuti
contra bellū nihil aliud est, quā pluriū similitas. Bonorū
aut̄ earatio est, ut quo latius pateant, hoc plus adferant
comoditatis. Proinde cum unius cum uno necessitudo, res
sit adeo suavis et salutaris, quā ingens erit felicitas, si re-
gnū cum regno, si natio cum natione, necessitudinis vim-
culo copuletur? Ediuerso, malarum rerum ea est natura,
ut quo

INEXPERTIS. ERAS. AVT. 19

ut quo latius manarint, hoc magis sint suo dignæ uocabulo. Itaque si miserum, si sceleratum est, hominem cum homine ferro congregari, quanto calamitosius, quantoque sceleratus est, idem à tot hominum milibus fieri? Concordia res paruae crescent, discordia dilabuntur et magna. Pax omnium bonarum rerum & parens est & nutrix. Bellum repente semelque, quicquid est lætum, quicquid est pulchrum, obruit, extinguit, abolet, omniumque malorum Lernam quandam in uitam mortalium effundit. Pa-
cis tempore, non secus ac si nouum quoddam uer rebus humanis adfulserit, coluntur agri, uernant horti, pascuntur lætæ pecudes, edificantur uillæ, extruuntur oppida, instaurantur collapsa, ornantur & augmentur extructæ, crescent opes, aluntur uoluptates, uigent leges, floret rei publicæ disciplina, seruet religio, ualet æquitas, pollet humanitas, calent artes opificum, uberior est questus pauperum, splendidior opulentia diuitum. Efflorescant honestissimarum disciplinarum studia, eruditur iuuen-
tus, tranquillo fruuntur ocio senes, bonis auspicijs nu-
bunt uirgines, laudantur simili prole puerperæ. At si-
mulatque belli sœua tempestas ingruerit, deum immor-
talem, quam ingens malorum pelagus occupat, inundat,
obruit uniuersa. Abiguntur armenta, proteruntur se-
getes, trucidantur agricultæ, exuruntur uillæ, tot seculis
extructæ florentissimæ ciuitates, una proælla subuer-
tuntur. Adeo procluuius est lædere, quam benefacere.

B ij Ciuium

Ciuium opes ad execratos latrones ac sicarios transfe-
runtur. Miserent domus, metu, luctu & querimonijs, la-
mentis complentur omnia. Errant artes opificum, pau-
peribus, aut ieunandum, aut ad impias consugiendum ar-
tes. Diuites aut erectas deplorant facultates, aut timent re-
lictis, utroq; modo miserrimi. Virginum aut nullæ, aut
tristes & funestæ nuptiæ. Desolatæ matronæ domi steri-
lescant, silent leges, ridetur humanitas, nullum habet lo-
cum æquitas, religio ludibrio est, sacri & prophani nul-
lum omnino discrimen. Corrumptur omni uitiorum gene-
re iuuentus, damnant longæuitatem suam luctuosi senes.
Nullus honos honestis literarum studijs. In summa plus
malorum sentimus in bello, quam ullius sermo possit asser-
qui, nedum meus. Forte tolerari poterat, si bella calamito-
sos modo nos facerent, non etiam noxentes & impios, si
pax feliores tantum redderet, non meliores quoq;. Ni-
mium heu nimium malorum erat, quibus assidue uelit no-
lit, uexatur, atteritur, absorbetur erumpnosa mortalitas.
Ante bis mille ferme annos, trecenta morborum nomina
medicas sunt animaduersa, præter species, iam & quotis
die subnascentes nouos, & senectutem ipsam, morbum in-
evitabilem. Legimus alibi, totas urbes terræ quassatione
subrutas, alibi conflagrasse fulmine, alibi solidas etiam hi-
atu terrarum absorptas regiones, oppida suffosione cuni-
culorum corruisse, ut ne commemorem, quantam hominū
multitudinem iam ob assuetudinem contempti casus absu-
mant,

mant, exundatio maris & fluminum, ruinæ montium &
edificiorum, uenena, lapsus, feræ, abus, potus, somnus.
Alium haustus in potu lactis pilus, alium acnum uiuæ,
alium os piscis inhærens gutturi præfocauit. Sunt quos
subitum exanimarit gaudium, nam de uehementi dolore
minus est mirum. Adde nunc fatales pestilentias, non ra-
ro passim sœuentes. Nulla pars orbis est, unde non im-
mineat periculum humanæ uitæ, alioqui per se quoque fu-
gaçissimæ. Tantum undique malorum obturbat, ut non si-
ne causa, Homerus hominem animantium miserrimum
pronunciauerit. Verum hæc mala quoniam nec uitarifa-
cile possunt, nec nostro accidenti uitio, calamitosos tantum
faciunt, non item facinorosos. Quid iuuat tam innumeris
obnoxios calamitatibus, ultro sibi malum, perinde quasi
desit, accersere? Et accersere non quodvis malum, sed ma-
lum omnium multo teterrimum, tam perniciōsum, ut unū
uinat omnia, tam fœandum, ut unum in se complectatur
uniuersa, tam pestilens, ut non minus impios efficiat,
quam erumnos, ut miserrimos reddat, nec tamen misc-
randos. Adijæ iam his omnibus, quod pacis commoda
latissime sese diffundunt, & ad plurimos pertinent. In
bello, siquid feliciter cœadit, quanquam, o superi, quid
hic potest dici felix? id ad paucos pertinet, & eos indi-
gnos. Alterius salus, alterius est exitum, alterius opes,
alterius sunt spolia. Huius triumphus, illius est luctus,
ut aærba sit infelicitas, immanis & cruenta felicitas.

B iij Quanquam

Quanquam plerunque fit, ut iuxta Cadmæam, quam uocant uictoriam, utraque pars ploret. Et haud sāo, an unquam bellum adeo cesserit feliciter, ut cordatum uictorem suscepit non pœnituerit. Ergo cum pax res sit omnium tum optima, tum iucundissima, bellum contrares omnium miserrima, simul & seleratissima, num hos sanæ mentis arbitrabimur, qui cum illam mediocri negotio parare queant, hoc malint summis etiam difficultatibus accersere. Primum quām insuavis res primus ille belli rumor, deinde quantum inuidiae subeundum principi, dum crebris decimationibus expilat suos. Quantum negotij in adiungendis aut retinēndis auxilijs, quantū in accersendis barbaricis cohortibus, & mercennario milite. Quantum impendij, simul & curarum in apparandis classibus, in extruendis aut sariendis arabis & præsijs, in adornandis tentorijs, in fabricandis & comportandis machinis, armis, telis, sardinis, uehicalis, commeatu. Quantum laboris exhauriendum, in compingendis uallis, in euacuandis fossis, in suffodiendis cuniculis, in excubij, in stationibus, in exercitamentis. Omitto iam metus, omitto pericula, (quid enim non metuendum in bello?) Quis enumerare ualeat incommoda uitæ, quæ stultissimi milites in castris perferunt? Victim, quem bos quoque fastidiat Cyprius, somnos raros, nec hos tuo datos arbitrio. Tentorium undiq; uentis peruum, ac ne tentorium quidem. Durandum sub

dum sub dio, cubitandum humi, standum in armis, feren= damedia, frigus, æstus, puluis, hymber, seruicndum duabus, uapulandum ferulis, quandoquidem nulla est ullius manæ pij seruitus indignior, quā militum. Ad hæc ad triste signum eundum in mortem, ut aut occidas imma= niter, aut cadas infeliacter. Tantum malorum suscipitur, ut ad rem omnium miserrimam liæat peruenire. Tam immensis malis nos ipsos prius affligimus, ut alios pos= sumus affligere. Quod si uelut rem ad calculum uocare, & ueris rationibus expendere, quanti bellum constat, quanti pax, profecto comperiemus, hanc uel decima par= te curarum, laborum, molestiarum, periculorum, sum= ptuum, denique sanguinis posse comparari, quibus bel= lum accersitur. Tantam hominum turbam educis in pericu= lum, ut oppidum aliquod euertas, at horum opera, uel = citra periculum, aliud extrui poterat multo præclarius oppidum. Sed noxre uis hosti, iam hoc ipsum in huma= num. Attamen illud expende, num illi noære non pos= sis, nisi prius noæas tuis. Et furiosi uidetur hominis, tan= tum certi mali sumere, cum incertum sit quo sit alea belli casura. Verum esto, rapuerit ad hanc uesaniam ethni= cos, uel stultia, uel ira, uel ambitio, uel auaritia, uel immanitas, siue (quod magis arbitror) ab inferis immis= sa furiæ. Vnde hoc nobis in mentem uenit, ut Christianus in Christianum cruentum stringat ferrum. Barriadium

Buij uocatur,

uocatur, si frater occidat fratrem. At Christianus coniunctior Christiano, quam ullus germanus germano nisi firmiora sunt naturæ uincula, quam CHRISTI. Quam absurdum est, eos penè continenter inter se belligerari, quos una domus habet ecclesia, qui eiusdem corporis membra, communī capite gloriantur, nempe CHRISTO, communem habent patrem in cœlis, communī uegetantur spiritu, ijsdem initiati sunt mysterijs, eodem redempti sanguine, eodem renati fonte, ijsdem aluntur sacramentis, eidem militant imperatori, eodem uescuntur pane, eiusdem partipes sunt calicis, communem habent hostem diabolum, postremo ad eandem omnes uocati sunt hæreditatem. Vbi sunt tam multa perfecte concordia sacra-menta? ubi tam innumera pacis documenta? Vnum præceptum CHRISTVS appellavit suum, nempe charitatis. Cum hac, quid æque pugnat atque bellum? Felici pacis omni salutat suos. Disipulis præter pacem nihil donat, præter pacem nihil relinquit. In sacris illis predi- bus illud præcipue patrem orat, ut quemadmodum ipse idem erat cum eo, ita et sui, hoc est, Christiani, idem essent secum. Iam plus audis, quam pacem, plusquam amicitiam, plusquam concordiam. CHRISTI typū habebat Solomon, qđ Hebræis pacificū sonat, ab hoc sibi templum extrui explit. Nato CHRISTO, nō bellum, neq; triumphos, sed pacem canunt angeli. De nondum nato prædnuit uacans ille mysticus, Et factus ē in pax locus eius. Vniuersam illius

INEXPERTIS. ERAS. AVT. 25

illius doctrinā excute, nihil unquam reperies, quod non spiret pacem, quod non sonet amictiam, quod non sapiat charitatem. Et quoniam intelligebat pacem aliter non posse constare, nisi penitus contemptis his, pro quibus mundus hic digladiatur, iussit ut a sc̄ disceremus esse mitis.

Beatos uocauit, qui diuitias pro nihilo duerent, nam hos uocat pauperes spiritu. Beatos, qui uoluptates huius mundi spernerent, quos lugentes appellat, qui se parentur suis exturbari possessionibus, sc̄iētes hic nihil aliud esse, quam exilium, ueram patriam, uerā possessionem in cœlo sitam esse pijs. Beatos, qui bene merentes de omnibus, impune & male audirent, & malis afficerentur. Yetuit, ne quis malo resisteret. Breuiter ut omnis illius doctrina, tolerantiam & amorem præcipit, ita tota uita nihil aliud docet, quam mansuetudinem. Sic ille regnauit, sic belauit, sic uic̄at, sic triumphauit. Nec aliud inculcat Apostoli, qui purum adhuc CHRISTI spiritū imbiberat, & musto illo feliacter erant temulēti. Quid undiq; sonans omnes Pauli literæ, nisi pacem, nisi longanimitatem, nisi charitatem? Quid Ioannes loquitur, quid iterat, nisi dilectionem? Quid aliud Petrus? qd aliud omnes uere Christiani? Vnde tantus bellorum tumultus inter filios pacis?

An fabula est, quod CHRISTVS se uitēm appellat, suos palmites? Quis unquam uidit palmitem pugnare cum palmito? An uanum est, quod nō semel scripsit Paulus Ecclesiā nihil aliud esse, quam unum corpus ē diuersis membris

B V

sis membris

sis mēbris connexū, adhærēs uni capiti, CHRISTO:
Quis uidit oculum pugnare cum manu, aut uentrem cum
pede? In hoc uniuerso, rerum omnium tam dissimilium,
harmonia est. In animalis corpore, pax est membro cum
membro, quod quæq; pars dotis habet, nō unisibi habet,
sed in cōmune omnibus. Si quid accidit uni ailibet, opi-
tulatur uniuersum corpus. An plus pōt in perituro cor-
porc naturæ connexio, quā in mystico & immortali, co-
pula spiritus? An frustra precamur illud ex præscripto
CHRISTI Fiat uoluntas tua, quemadmodum in cœlo,
sic & in terra? In illa auitate, summa concordia est. At
CHRISTVS nihil aliud esse uoluit suam ecclesiam,
quām cœlestem quēdam populum in terris, ad illius ima-
ginem, quoad fieri potest, uiuentem, illo properantem, ab
illa pendentem. Age finge, iam mihi nunc nouum aliquē
hospitem, uel è lunaribus illis auitatibus, quas inhabitat
Empedocles, uel ex uno quopiam mundo eorum, quos
innuerabiles fabricatus est Democritus, in hunc nostrū
uenisse, quid hic rerū agatur cupientem cognoscere. Cūq;
de singulis edocitus audierit esse unum quoddā animal,
mire cōmixtum ex corpore, quod cum brutis habeat cō-
mune, ex animo, quo diuine mentis referat imaginem,
Id adeo esse generosum, ut quanquā hic exulet, tamen cæ-
teris omnibus imperet animātibus, quod ob cœlestem ori-
ginem semper ad cœlestia nitatur & immortalia. **Q**uod
in tantum cur æ fuerit æterno numini, ut quoniā neq; na-
turæ ui-

turæ uiribus, neq; philosophiæ rationibus assequi poterat, quod affectabat, unicum filium suum huc delegarit qui nouum doctrinæ genus inuexerit. Deinde simul atq; totam CH R I S T I uitam, ac decreta perdidicærit, cupi at ex edita quapiam specula, uidere quod audisset, Vbi confexerit cætera animantia probe in suo genere degere, ac naturæ legibus duci nihil appetere, nisi quod dicet natura, unum animal inter se cauponari, negotiari, rixari, belligerari, nonne quoduis animal, potius suspicabitur hominem esse de quo audierit, quam ipsum hominem? Deinde admonitus ab indice q̄s sit homo, iam dispiciat ubi sit grex ille Christianus, qui cœlestis illius doctoris institutū sequentes, angelicæ ciuitatis simulachrum exhibeant, an non ubiuis potius iudicabit habitare Christianos, quam in hisæ regionibus, in quibus tantam uideat opulentiam, luxum, libidinem, fastum, tyrannidem, ambitionem, fraudem, inuidiam, iracundiam, discordiam, rixas, pugnas, bella, tumultus, breuiter omnium rerum, quas CHRISTVS damnat, maiorem penè Lernam, quam apud ullos Turcas, aut Saracenos? Unde igitur pestis hæc irrepit in populum Christianum? Nimirum paulatim hoc quoque malum, sicuti cætera pleraque, receptum est ab incautis. Siquidem omne malum, aut sensim obrepit in hominum uitâ, aut sub prætextu boni se se insinuat. Primum igitur irrepsit eruditio, uelut idonea res ad confutandos hæreticos, philosophorū,

philosophorum, poëtarum et oratorum literis armatos.
Et initio quidem non ista disæbatur à Christianis, sed qui
bus forte contigerant ante C H R I S T V M cognitum, hi
quod iam partum erat in pios conferebant usus. Eloquè-
tia quoq; dissimulata magis quā spreta primū, deinde pa-
lam etiam comprobata. Proinde sub prætextu profligen-
di hæreticos subrepit ambitiosa rixandi libido. quæ non
mediocre ecclesiæ pestem inuexit. Tandem huc pro-
cessum est, ut in medium Theologiam totus sit receptus
Aristoteles, & ita rcæptus, ut huius authoritas penè san-
ctorum sit quām C H R I S T I. Nam siquid ille dixit, parū
accommodum ad uitam nostram, liet interpretamento
detorquere, cæterum exploditur illico, qui uel leviter au-
dit Aristotelis oraculis refragari. Ab hoc didicimus nō
esse perfectam hominis felicitatem, nisi a rporis & fortu-
næ bona accesserint. Ab hoc didicimus non posse florere
rempublicam, in qua sunt omnia cōmuni. Huius omnia
decreta, cū C H R I S T I doctrina conamur adglutina-
re, hoc est aquam flammis miscere. Recipimus non nihil
& à Cæsareis legibus, propter æquitatem, quam præse-
ferunt, & quo magis conuenirent, Euangelicam doctri-
nam ad eas quoad licuit detorsimus. At hæ permittunt uim
uire pellere, suum quemq; ius persequi, probant negotia-
tionem, recipiūt usuram, modo moderatam, bellum œu-
rem præclaram efferunt, modo iustū. Dent que tota iam
C H R I S T I doctrina, dialecticorum, sophistarum, ma-
thematiorū.

thematicorum, oratorum, poëtarum, philosophorum, et
 iureconsultorum, gentilium literis, ita contaminata est, ut
 maxima pars æui consumenda sit, priusquam uæt, arca
 nas scrutari literas, ad quas ut aliquando uenias, tota
 men opinionibus mundanis infectus accedas, oportet, ut
C H R I S T I iam decreta, aut prorsus offendat, aut ad
 illorum dogmata torqueantur. **A**tque hæc res adeo non
 improbatur ut nefas sit cum de Christianis loqui literis,
 quisce nugis Aristotelias, uel potius sophistias, totū ad
 ambas usq; quod aiunt, aures nō expleuerit. **Q**uasi uero
C H R I S T I doctrina sit huiusmodi, ut non uel maxi
 me possit esse cōmunis omnium, uel ullo pacto cum philo
 sophorum sapientia consentiat. **P**ost hæc reæpimus hono
 ris nonnihil. **Q**uem deinde ueluti debitum cœpimus exi
 gere. Id uisum est non iniquum. Deinde reæpimus opes,
 sed in pauperum subsidiū distribuendas, post etiam in
 usus nostros. **Q**uidni, posteaquā didicimus hūc esse cha
 ritatis ordinē, ut sibi quisq; sit proximus? **N**cq; deerat
 prætextus, huic malo, **P**ium consulere liberis, **A**equum
 prospiciere uenturæ senecluti. **P**ostremo cur reijā opes,
 si atra fraude contingent? **H**is gradibus paulatim eo uē
 tum est, ut is optimus habeatur, qui fit lcapletissimus,
 nec unquam maior fuerit honor diuitijs aſud Ethnicos,
 quā hodie fit apud Christianos. **Q**uid enim est omnino,
 uel sacrum, uel prophani, quod non harumgeratur ar
 bitrio? **V**idebatur his ornamentiſ conuenire, nonnihil
 imperij:

imperij. Neq; defuit, qui uoluerit ædere. Reæptum est
 hoc quoq;, sed grauatim & parœ. Demū ita, ut solo titu=
 lo contenti, rem libēter in alios reisærent. Postremo palla=
 latim huc itum est, ut Episcopus sibi, non uideatur episco=
 pus, nisi mundanæ ditionis aliquid accesserit. Parum
 honestus Abbas, si nusquā possit, quod possunt tyranni.
 Tandem perfricta faie, pudorem omnem abstersimus,
 omnia uerecundiæ repagula discussimus. Quicquid un=
 quam apud Ethnicos fuit auaritiæ, quicquid ambitionis,
 quicquid luxus, quicquid fastus, quicquid tyramidis, id
 imitamur, æquamus, uinamus. Et ut de leuioribus inte=
 rim fileam, an unquam apud Ethnicos bellatum est, aut
 æque perpetuo, aut crudelius, quam inter Christianos?
 Quas tempestates, quos bellorum æstus, quoties disæssa=
 fœdera, quas strages his paucis annis confeximus?
 Quæ natio, cum qua non conflictata est ferro? Et postea
 Turcam execramur, quasi possit ullum spectaculum esse
 Turas iucundius, quam quod illis quotidie mutuis cladi=br/>
 bus exhibemus ipsi. Insaniebat Xerxes, cum ingentem il=br/>
 lam multitudinem Græcam inuafurus educeret. An tibi
 constitisse animo uidetur, qui Atho monti minaces scripse=br/>
 rit epistolas, ni æderet, qui mari Hellestanto, quod paruum
 commodum fuisset nauigare uolenti, plagas iusserit infla=br/>
 gi? Furebat Alexander ille magnus. Quis negat? Opta=br/>
 bat semideus ille plureis mundos, quos deuinceret, tanta
 gloriæ febris, uiuencilem obsederat animum. Et tamen
 isti,

isti, quos Seneca nō dubitat furiosos appellare latrones,
bellabant humanius nobis, bellabant maiore fide, nec si=
milibus machinis, nec similibus artibus, nec tam friuolis
titulis, quam bellatus Christiani. Illi præter gloriam ni=
hil ambiebant. Gaudebant florentiores reddere prouin=
cias, quas bello subegissent, populos agrestes, sine li=bris, sine legibus ritu ferarum uiuentes, cuiilibus arti=bus expoliebant. Regiones incultas extructis oppidis
reddebat celebres. Parum tuta communiebant, pontis
bus, litoribus, aggeribus, milleq; id genus commodita=br/>tibus, uitam hominum adiuuabant, ut tum expedierit
deuina. Quin in medijs etiam bellis, quam multa ferun=br/>tur, ab his uel dicta sapienter uel gesta temperate? Cæte=br/>rum quæ geruntur in bellis Christianorum, & obfoe=br/>niora sunt & atrociora, quamut sint hic commemoran=br/>da. Proinde quod in illis erat pessimum, id solum expri=br/>minus, immo superamus. Sed iam operæ preedium fue=br/>rit audire, quibus modis hanc tantam insaniam nostram
tueamur. Si nullo, inquietum, pacto fas esset bellare, deus
nō fuisset Iudeis autor bellandi aduersus hostes. Audio,
sed illud addas oportet. Iudeos nū quam bellasse inter se,
uerū aduersus alienigenas & impios. Nos Christiani pu=br/>gnamus cū Christianis, Illis diuersa religio et nō eadem
numina, dissidij caussa fuit, nos aut puerilis ira, aut peccati
fames, aut gloriæ sitis, sæpe numero fœda meræshuc
adduat,

adducit, illi iussu diuino pugnabat, nobis animi perturbatio
 ferrum dat in manu. Quanquam si usq; adeo placet exemplum
 plum Iudaeorum, quin eadem opera, præputium accidi-
 mus? quin immolamus peccates? quin abstinemus a car-
 ne suilla? Cur non duamus singuli plures uxores? Cum
 haec execremur, cur solum bellandi placet exemplum?
 cur hic deniq; literam sequimur occidentem? Iudeis per-
 missum est bellum, sed ita, quemadmodum et repudiū,
 nimirū ob duritiam ingenij. At posteaquā C H R I S T V S
 iussit recōdi gladium, nefas est pugnare Christianos, ni-
 si pulcherrimū illud prælium, cum terrimis hostibus ec-
 clesiæ, cum studio pecuniae, cum iracundia, cum ambitione,
 cum metu mortis. His sunt Philistei nostri, hi Nabughodo-
 nosor, hi Moabitæ, et Ammonitæ, cum quibus nullas no-
 bis induitas esse oportet, assidue conserēdæ manus, donec
 exasis funditus hostibus succedat tranquillitas, quos nisi
 subegerimus, neq; cuiquam secum, neq; cum alio uera pax
 constare poterit. Solum hoc bellum ueram gignit pacem.
 Hic qui uicerit, cum nemine mortalium belligerari uelit.
 Nihil enim me mouet, quod quidam duos gladios inter-
 pretantur utrāq; potestatem, sæcularem et ecclesiasticam.
 Cum C H R I S T V S in hoc ipsum passus sit Petru-
 m errare, ut posteaquā iussus esset gladium recondere, ne-
 mini dubium relinqueretur, quin ueritatem esset bellum,
 quod ante a uidebatur esse liatum. Sed Petrus, inquit,
 pugnauit, sed Iudeus adhuc, nondum accepto
 spiritu

spiritu uere Christiano. Pugnauit non pro suis titulis, aut
prædijs, uti nos, ne pro sua quidem uita, sed pro uita ma-
gistri. Deniq; pugnauit is, qui paulo post abnegauit. Si
placet exemplum pugnantis, placeat & infidianis. Et
cum similia laberetur affectu, tamen reprehensus est.
Alioqui, si probabat huiusmodi defensionē C H R I S T V S,
sicut quidam insulssime interpretantur, cur omnis illius
& uita & doctrina, nihil aliud quā tolerantiam prædi-
cat? Cur suos baculo tantū & per armatos, tyrannis ob-
ijat? Si gladius ille, quem diuenditis omnibus iubet emi
C H R I S T V S, est moderata aduersus persecutores de-
fensio, quemadmodum impie quidam interpretantur, ne-
dum in erudite, cur hac nunquam usi sunt martyres? At
dictat hoc, inquit, ius naturæ, legibus comprobatum est,
consuetudine receptum, ut uim ui propellamus, & ui-
tam quisq; suam tueamur tum & pecuniam, quandoquidē
animæ loco est, ut inquit Hesiodus. Fator, at his omni-
bus efficior gratia, dictat, ne remaledicamus male-
tibus, ut de malemerentibus benemercamur, ut tollenti
partem possessionum, totam conædamus, ut deprecemur
pro his quoq; , qui mortem intentant. Ad apostolos, in-
quiunt, ista pertinent, immo ad uniuersum C H R I S T I
populum, & corpus. ut diximus, quod totum absolutum
esse oportet, etiam si in dotibus aliud membrum alio sit in-
signius. Ad eos nihil pertinet doctrina C H R I S T I,
qui non sperant præmium cum C H R I S T O. Illi pro

C pecunia

pecunia prædijsque digladiantur, qui rident quod dixit
CHRISTVS, beatos pauperes spiritu, hoc est, eos di-
uites, qui nihil in hoc mundo concupiscerent, diuitiarum,
Qui felicitatis summam in his collocaunt opibus, dimi-
cant protuenda uita, sed iij, qui non intelligunt hanc mor-
tem esse potius quam uitam, et pijs immortalitatem esse
paratam. Iam obijāunt nobis Romanos aliquot pontifi-
æs, qui bellandi fuerint autores, simul et adiutores.
Obijāunt decreta patrum, in quibus bellum approbari
uidetur. Sunt quidem huiusmodi quædam, sed apud re-
æntiores, CHRISTI uigore iam relanguescente, sed
ea per pauca, cum sint innumera apud probatæ sanctitas-
tis scriptores, quæ à bello deterreant. Cur hæc paucula
nobis potissimum in mentem ueniūt? Cur à CHRISTO,
ad homines deflectimus oculos, et incerta exempla quā
indubitatum se qui malumus? Romani pontificæs primum
homines fuerunt. Deinde fieri potest, ut aut stultiucriint,
aut mali. Quanquam ne in istis quidem compries hoc ge-
nus bellorum, quo nos assidue conflictamur, approba-
tum fuisse. Id quod clarissimis euincerem argumentis, ni
fugerem digressioni longius immorari. Laudauit diuus
Bernardus bellatores, sed ita laudauit, ut nostram omnē
damnet militiam. Quanquam cur me moueat potius Ber-
nardis scriptum, aut Thomæ disputatio, quam CHRISTI
dogma, qui in totum uetus, ne malo resistamus, nimirum
eo more, quo uulgas resistit. Sed licet, inquit, unum ma-
leficum

leficium afficere suppliāo, licet igitur et auitatem ulasā
bello. Quid hoc loco responderi possit, prolixius est,
quām ut sit replicandum. Illud modo dicām, hoc interessē
quod in iudicijs conuictus dat poenas legibus, in bello u=traque pars alterā ream agit, illic ad eum modo credit
malum, qui læsit, exemplum ad omneis peruenit, hic ma=xi=ma pars malorum in eos redundat, qui minime digni=sunt malo, nempe ad agricultas, ad senes, ad matronas, ad
pupilos, ad uirgines. Ceterum si ex re omnium pessima
quicquā omnino commodi potest colligi, id totum ad scele=ratissimos aliquot latrones deriuatur, ad militem mercenariū, ad strenuos prædones, ad pauculos forte duces
quorum artificio bellum in hoc ipsum fuerat exatatum.
Et quibuscum nunquā melius agitur, quām in summo rei
pub. naufragio. Illic uni non paratur, ut omnium consula=tur salutē, hic ut paucorū, aut unius fortassis uicem ulasā=mur, tot hominum milia nihil commeritorum crudeliter
affligimus. Præstat paucorum admissum impunitum omit=ti, quām dum unum, aut alterum in poenam deposamus in
ærtā, nostros pariter et finiūmos, et innocentēs hostes, sic
enim uocamus, in ærtū adducre discriminē. Satus est re=lingū vulnus, cui sine graui totus corpus pniāe, mederi nō
queas. Quod siq̄s clamet iniquū, nō dare poenas, q̄ pœna=rit, respondco multo esse iniquus, tot innocentū milia, atrā
meritū in extremā uocari calamitatē. Quanq̄ his temporī
bus omne ferē bellū è titulis nescio quibus nasa uidemus,

C ij et ex

Ex principum fœderibus, dum ut unum aliquod opus
pidulum suæ vindicent ditioni, totum periclitantur impe-
rium. Deinde hoc ipsum, quod tanto sanguine vindicatum
est, rursum aut reuendunt, aut donant. Dixerit quis,
Non uis igitur principes suum ius persequi? São non esse
mei similium, de principum negotijs audacius disputare,
quod ut tutum sit, prolixius tamen est, Iquā ut huic loco cō=
ueniat. Tantum illud dicam, si titulus qualisq; uidebi=
tur idonea suscipienda belli causa, in tantis rerum huma=
narum uiciis, tantis commutationibus, nulli posse titulum
deesse. Quæ gens non aliquando suis sedibus et pulsa fuit
et pepulit? Quoties alii uide demigratum est alio? Quo=
ties huc et illuc, uel casu, uel ex fœdere translata imper=
ria? Repetant sacerdotiæ hodie Patauini Troianum solum,
quod Antenor olim fuerit Trojanus, Repetant Africam
et Hispaniam, Romani, quod haec prouinciae quondam fue=
rint Romanorum. Dominium uocamus quod est admini=
stratio. Non est idem ius in homines natura liberos et in
peudes. Hoc ipsum ius quod habes, populi consensus de=
dit. Eiusdem autem ni fallor est tollere qui contulit, uide
quā non magna res agitur. Non illud decertatur, ut haec,
aut illa ciuitas bono principi pareat non tyranno seruiat,
sed utrum Ferdinandi censeatur titulo, an Sigismundi, Phi=
lippo censem pendat, an Ludouico. Hoc est illud egregiu=
m ius, ob quod uniuersus orbis bellis, cædibusq; misæ=
tur. Sed esto, ualeat quantumlibet hoc ius, nihil intersit
inter

inter priuatum agrum, & auitatem, nihil inter peades
 tuo ære emptas, & homines non solum ingnuos, uerum=
 etiam Christianos, attamen prudentis est expēdere, num
 tanti sit ut tam immensis tuorū malis persequaris. Si prin-
 cipis animū præstare non potes, at saltem negotiatoris ad
 hibe. Contemnit ille dispendium si perspexerit uitari nō
 posse, nisi grauiore iactura, & lucri loco duat, quod pau-
 lulo damno cum fortuna deaderit. Saltem illum imiteris,
 de quo uulgo non infestiuia fabula cœlebratur, parum con-
 ueniebat inter duos quosdam cognatos, de re diuidunda.
 Cumq; neuter alteri uellet concēdere, res eōspectabat ut
 irectur in ius, & iudicium sententijs controuersia finire=

tur. Adibantur aduocati, Parabantur dicæ, Res erat cū
 iureconsultis. Aditi iudicæ, contestata lis, cœpit agi causa,
 hoc est, bellum suscepit. Ibi alter mature resipiscens,
 aduersarium priuatim accersitum his uerbis alloquitur.
 Principio parum decorum est, ut quos natura copulauit,
 pecunia dissodet. Deinde incertus est litis euentus, haud
 minus quā belli. Suscipere nobis in manu est finire nō est.
 De cœntum aureis tota lis est. Eius summe duplum in no-
 tarios, in promotores, in aduocatos, in iureconsultos, in
 iudicæ, in iudicium amicos expendetur, si legibus expe-
 riatur. His erit inserviendum, adulandum, dādum, ut
 ne dicam interim curas, ambicndi, auctandiq; labores, ut
 maxime uincam plus tamen est incommodi quā commodi
 Quin magis ipsi nobis sapimus quā istis prædonibus, &

C iiij in hos

in hos male colloquandam pecuniam, inter nos partimur.
Concede dimidium de tuo, ego tantundem de meo conc-
dam. Ita & amicitiam nostram, alioqui perituram lucri-
faemus, & tantam molestiam effugiemus. Quod si reau-
sas quicquā concdere, ego uel uniuersum negotium, tuo
permitto arbitratui. Malo penes amicum sit hæc pecunia
quā penes insatiabiles illos prædones. Abunde magnum
fecero lucrum, si & famæ peperero, & amicum seruauer-
ro, & tantum effugeromolestiarum. Mouit aduersarium
tum rei ueritas, tum cognati festiuitas. Rem inter se trans-
egerunt, iratis aduocatis & iudiabus, quos coruos delu-
serant hiantes. Vcl horum igitur prudentiam, in re tanto
periculoso stude as imitari. Neg; solum sp̄ctes quod ue-
lis assequi, sed quanta bonarum rerum iactura, quantis
periculis, quantis calamitatibus sis assecuturus, ut assequa-
ris. Quod si æu lanib⁹ hinc atq; hinc expensis commo-
dis & incommodis, comperis, multo potiore esse pacem
iniquam, quam bellum æquum, cur mavis Martis ale-
am experiri? Quis enim nisi demens aurco p̄fæetur ha-
mo? Si uides multo plus impendij, quam lucri, etiam si feli-
citer cadant omnia, nonne præstat aliquid de tuo iure con-
cedere, quam paululum commodi, tam innumeris merca-
ri malis? Malo penes quemcunque sit titulus, si mihi tan-
ta Christiani sanguinis iactara uindicandus est. Ille quis-
quis est, multis iam annis possedit. Assucuit habenis, a-
gnosatur a suis, fungitur munere principis, & exorietur
aliquis,

aliquis, qui ueteri quopiā titulo ex annalibus, aut obliteratis monumentis repto, bene cōpositū rerū, statum, sursum ac dcorsum mis̄eat. Præsertim cū uidēamus in rebus mortaliū nihil suo loco consistere, sed ludibrio fortunæ, uelut æstu quodā affluere ac defluere. Quorsum attinet tanto tu multu uindicare, qđ mox quolibet casu sit alio demigratu rū? Postremo si ista tā leuicula nō possunt cōtēnere christi ani, quorsum opus ē, p̄tinus ad arma rapi? Tot habet mūdus Episcopos graues et eruditos, tot habet uenerabiles abbates, tot optimates grādæuos, et lōgo rerū usū sapientes. Cur nō potius horū arbitrio, pueriles istiusmodi principiū querimoniæ componuntur? Sed honestior est illorū oratio, q̄ prætexunt ecclesiæ defensionē, quasi uero populus non sit ecclesia, aut quasi tota ecclesiæ dignitas in sacerdotū opibus sita sit, aut quasi bellis ac stragibus orta, puecta, cōstabilita sit ecclesia, ac nō potius sanguine, tollerātia, uitæq; cōtēptu. Mihisane ne hoc qđē adeo p̄bandum uidetur, qđ subinde bellū molimur in Turcas. Ma le pfecto agitur cū religiōe Christiana, si illius incolumitas à talib⁹ pēdet præsidijs. Neq; cōsentaneū est, his ini tis bonos gigni Christianos. Qđ ferro paratū est, ferro ui assim amittitur. Vis Turcas ad Christū adducere? ne ostē temus opes, ne militū manū, ne uires. Videāt in nobis nō titulū tantū, sed ærfas illas hoīs Christiani notas, uitā in noxiā, studiū benemerēdi etiā de hostib⁹, iuictā oīm iuriarū tolerātiā, pecuniæ cōtēptū, gloriæ neglectū, uitā uile

Cuij audire

audiant cœlestem illam doctrinam, cum huiusmodi uita congruentem. His armis optime subiguntur Turcæ. Nūc sepe numero mali pugnamus cum malis. Dicam aliud & utinam audacius, quam uerius, si titulū cruaſq; tollas insigne. Turcæ cum Turcis digladiamur. Si militum manu constituta est religio, si ferro confirmata, si bellis aucta, tueamur eam ijsdem præsidijs. Quod si diuersis rationibus peracta sunt omnia, cur ueluti Christi præsidio diffisi, ad ethnicas confugimus suppetias? At cur non iugulem, inquiunt, eos, qui nos iugulant? Itane putas indignū, si q̄ sit te sceleratior. Cur non spolias spoliantem? Cur non conuictariis conuictanti? Cur non odisti, odio habentē? An Christianum facinus esse putas, si trucidatis impijs quidē, sed tamen hoībus pro quibus seruandis mortuus est CH R Iſtus, gratissimā diabolo uictimam mactes, bisq; delectes hostem, & quod occiditur homo, & quod occidit Christianus? Plærique dum uolunt uideri ualde Christiani, student Turcis quā plurimum facere mali, & quod facere non possunt, execrantes, imprecantur. Cum hoc ipso argumento, parum Christianum licet reprehendere. Sunt Tūrcis, ex impijs si potest reddito pios, si nō potes, opta, & agnoscam mentem Christianam. Verum hisce de rebus omnibus aliquanto copiosius audietur, cum edemus librum, cui titulum fecimus Antipolcmo, quem olim Rhomæ uitam agentes, ad Iulium secundum Rhomanum pontificem conscripsimus, eo tempore, quo de bello in Venetos

Venetos suscipiendo, consultabatur. Illud deplorandum
potius quam refellendum. Si quis exactius rem exautiat,
reperiet omnia ferè Christianorū bella, uel è stultitia uel
è malitia nasca. Nonnulli iuuenes & rerum imperiti, ma-
iorum malis exemplis, historiarum, quas de stultis pro-
didere stulti monumentis, ad hoc inflāmati, dehinc insti-
gantibus adulatorum hortatibus, extimulantibus iure con-
sultis, ac Theologis assentibus, aut connuentibus epi-
scopis, fortassis & exigentibus, temere magis quam mali-
tiose bellum suscipiunt, & tanto totius orbis malo discent,
bellum rem esse modis omnibus fugiendam. Alios ocul-
tum odium, alios ambitio, alios animi feritas, in bellū im-
pellit. Quandoquidem ne nostra quidē Ilias quicquam
præterquam stultorū regum & populorū continet iras.
Sunt qui non aliam ob caussam bellū mouent, nisi ut hac
via facilius in suos tyrannidem exercēant. Nam paēs tē-
poribus, senatus autoritas, magistratuū dignitas, legum
uigor, non nihil obstant, quo minus licet principi, quic-
quid libet. At bello suscepto, iam omnis rerum summa,
ad paucorum libidinem deuoluta est. Euehuntur, quibus
bene uult princeps, deciāuntur quibus infensus est. Exig-
tur pecuniae quātum libet. Quid multis? Tum demū sen-
tiunt se uere monarchas esse. Colludunt interim duces,
donec infeliāem populum usque ad radicēm arroserint.
Hoc animo qui sint, an cos putas grauatim arrepturos,
oblatam quācunq; belli occasionem? Deinde morbum nc-

strum honestis titulis præteximus. In his Turcarum opibus, et obtendo religionis defensionem, obsequor odio meo, et prætexo ius ecclesiæ. Seruio ambitioni, sequor iram, rapit animus ferox et impotens, et ruptum fœdus, uiolatam amicitudinem, omissum negotium quid desponsalium legibus, aut simile quippiam causor. Iam dictum mirum est, quam non affequantur hoc ipsum, quod affectant, et dum stulte uitant hoc, aut illud malum, in aliud, aut etiam in idem multo grauius incidant. Etenim si gloria ducantur, non paulo magnificenter est seruare, quam perdere, multo pulchrius extruere ciuitatem, quam demoliri. Deinde ut prosperrimo Marte res geratur, quætula gloriæ portio redibit ad principem, unde magnam partem sibi vindicat populus, cuius pecunia res confecta est, maiorem miles exterus, ut plerumq; fit, et conductius, non nullam duces, maximā fortuna, quæ cum in omni negocio, tum in bello ualeat plurimū. Si sublimitas animi stimulat in bellum, uide quæso, quam non recte tibi consulis ista ratione. Dum uni non uis cedere, puta uiāno principi, fortassis affini, forsitan olim bene merito, quanto abiectius te supplicem facis, dum suppetias imploras barbarorum? Dum inæstis, homicidis, prædonibus (per hos enim potissimum bellum geritur) pollicaris, adularis, palparis. Et dum in æqualem feroaculus esse studes, infirmæ mortalium feci te ipsum cogeri submittere. Dumq; pars qualemcumq; finitimus suis scđibus dejære, pestilentissimam ne-

INEXPERTIS. ERAS. AVT. 43

mam nebulonum colluuiem, in tuas sedes admittas oportet. Non fidis affini, & armatæ multitudini credis te ipsum? Quanto tutorem poterat reddere concordia? Si lucro traheris, calculos adhibe. Placat bellum, nisi uideris non æstimandis dispendijs, compendium peti, non solum longe minus, sed etiā inærtum. Sed consulis reipublicæ, immo non alia uia atius, ac perditus pereunt res publicæ, quam bello. Priusquā in apias, iam plus noauisti patriæ, quam sis profuturus uictor. Exhauris diuinū opes, luctu funestas domos, omnia latronibus, furibus, stupratoribus impletas. Has enim reliquias parit bellum. Et cum ante licisset uniuersa frui Gallia, à multis regionibus te ipsum excludis. Si uere tuos amas, quin tibi illa ueniunt in mentem. Cur ego hanc tam floridam iuuentutem omnibus malis obijam? Cur tot matronas suis maritis, tot liberos suis orbabo parentibus? Cur titulum, nescio quem, & anæps ius, meorum asseram sanguine? Vidimus cum prætextu defendendæ ecclesiæ, bellum esset suscepimus, crebris deimationibus sic expilari sacerdotes, ut nullus hostis potuerit hostilius. Itaq; dum stulte uitamus foveam, ultronosipso in foveam præcipitamus. Dum leuem iniuriam patinon possumus, ipsi nos summis affiamus contumelijs. Dum pudet morigerum uideri principi, supplæces reddimur infimis. Dum libertatē imprudenter affectamus, grauissimæ seruituti nosmet irrectimus. Dū paululæ uenamur lucri, dānis immēsis nos ac nostros affiamus.

Prudentis

Prudentis erat hæc secum expendere, Christiani, si modo uere Christianus sit, rem tam tartareā, tam alienam à uita simul & doctrina Christi, modis omnibus fugere, depreari, propellere. Quod si uitari nullo pacto potest ob multorum improbitatem, ubi nihil intentatum reliqueris, posteaquam paīs studio om̄nem moueris lapidem, tum proximum erit dare operā, ut mala res per mālos geratur, & quamminimo dispendio humani sanguinis conficiatur. Si demus operam, ut resimus id, quod audimus, hoc est, nihil admiremur, nihil ambiamus, quod est huius mundi. Nam si tantū hoc agimus, ut hinc quammaxime expedit euolemus, si toto nisur adipimur ad cœlestia, Si felicitatis nostræ summam in uno Christo collocamus, Si quicquid est uere bonū, uere splendidum, uere iucundum in hoc uno situm esse credimus, si persuasum habemus hominē pium à nemine lædi posse. Si perpendimus, quā mināria sint, quām fugacia, rerum humanarum ludibria. Si penitus intuemur, quām ardua res sit, hominem quodammodo transformari indeum, & hic ita meditatione quadam indefatigabili respurgari ab huius mundi contagij, ut mox abiecto corporis exuio, in Angelorum demigret consortum. In summa si præstamus hæc tria, sine quibus nemo Christiani cognomen promeretur, Innocentiam, ut puri simus à uitijs, Charitatem, ut bene mercamur quoad fieri potest de omnibus, Patientiā, ut malefacientes toleremus, & si licet,

INEXPERTIS. ERAS. AVT. 45

*E*siliat, iniuriam beneficijs obruamus, quæso quod bellum possit inter nos de nugis existere? *S*i fabula est Christus, cur non explodimus ingenuis, cur illius titulo gloriamur? *S*in is uere est *E*t uia, *E*t ueritas, *E*t uita, cur omnes nostræ rationes ab hoc exemplari tantopere dissident? *S*i Christum authorem agnoscamus, qui charitas est, *E*t nihil docuit, nihil tradidit, nisi charitatem *E*t pacem, agite non titulis *E*t insignibus, sed factis hunc exprimamus *E*t uita. *A*mplectamur pacis studium, ut CHRISTVS uiassim agnoscat suos. In hoc pontificæs, in hoc prinæpes, in hoc ciuitates, consilia sua conferant. *S*atis hactenus fusum Christiani sanguinis. *S*atis uoluptatum exhibuimus Christiani nominis hostibus. *Q*uod si quid suo more tumultuatur populus, à prinæpibus cohibeatur, quos hoc oportet esse in republica, quod oculus est in corpore, quod in anima ratio. *R*ursum si quid turbant prinæpes, ærte Pontificum est, sua prudentia, suaq; autoritate, rerum motus componere. Velt tandem satiati bellis tam diutinis, pacis tangamur desyderio. *T*rahit huc ipsa calamitas, invitat CHRISTVS, adhortatur Pontifex, si quisquam aliis uere maximis LEO Deamis, ac uere pacifici Salomonis nostri, uices agens. *C*uius omnia uota, omnia consilia, omnes conatus huc tendunt, ut quos communis copulat fides, eos *E*t communis iungat concordia. *H*oc molitur ut ecclæsia, nō opibus, aut imperio, sed suis ac proprijs dotibus

46 DVLCE BEL. IN EX. ERAS. AVT.
dotibus efflorescat. Pulcherrimum profecto munus, ac
prorsus tali dignum heroë, clarissimis illis Mediis
prognato, quorum auii prudentia factum, ut inclyta
Florentinorum auitas, diutina pax fuerit florentissima,
quorum domus omnium bonarum disciplinarum fuit præ
sidium. Ipse placidum ac mite sortitus ingenium, a tenes-
ris, ut aiunt unguiculis, humanis literis, ac mansuetio-
ribus musis est iniciatus, inter eruditissimos viros, ac ue-
lut in musarum gremio educatus, uitam ac famam incul-
patam, & ne in liberrima quidem auitate Rhoma, ul-
la unquam sinistri rumoris aspersam macula, ad sum-
mum pontificium attulit. Ad quod hic non ingessit sece,
sed nihil, minus quam hoc expectans, ueluti diuina
uocè nominatim asatus est, quo rebus humanis longa bel-
lorum tempestate fessis, succurreret. Sit penes Iulium
belli gloria, habeat ille sibi suas uictorias, habeat sibi
magnificos triumphos. Quæ quam debeat Christianum
pontificem, haud est mei similem pronundare. Diuam
hoc modo, Gloriam illius, qualisunque fuit, cum plu-
rimorum exitio doloreque coiunctam fuisse. Longe plus
ueræ gloriæ pariet Leoni nostro pax orbi reddita, quam
Iulio pepererunt, tot bella per uniuersum orbem, uel
exatata fortiter, uel gesta feliciter. Sed longus quam par
est huic digressioni, uidebimur immorati, ijs qui de pro-
uerbijs, quam de pax, belloq; malunt audire.

FINIS.

MOGVNTIAE EX AEDI-
BVS IOANNIS SCH-
OEFF'R. ANNO.
M. D. XXI.



DESIDERIO ERASMO MAGNO SCI-
entiarum atque Literatura politioris vindici,
et instauratori Viro feculi sui primario,
Civi omnium præstantissimo, ac nominis immor-
talitatem scriptis & ceteris iure consecuto.
S. P. Q. Roterodamus.

Ne quod tantis apud se suosq;
Posteros virtutis præmium
deceperet,
Statuam hanc ex ære publico
erigendam curaverunt.

Barbariaæ talem se lebellator Erasmus,
Maxima laus Batavi nominis, ore tulit.
Reddit er! Fatis ars obductata sinistris,
De tanto spoliu, rata quod urna viro est.
Ingenii cœlestis jubar majusq; caelico
Tempore qui reddit, solus Erasmus erit.

DAN. HEINSIUS.

Natus Roterodami.

Octob. XXVIII.

Anno M. IVc. LXVII.

Denatus Basiliae XII. Julii.

Anno M. 8. XXXVI.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

جامعة طنطا

جامعة طنطا

28
AB 87032

ULB Halle
001 965 379

3



sb

Farbkarte #13

B.I.G.

